



בהשם

Magnus est dissensus in explicatione unionis animæ & corporis, Nobilissimi & charissimi juvenes, quia nec naturam subjecti cogitationum nostrarum, nec naturam subjecti extensionis & impenetrabilitatis cognoscimus. Quidam putarunt, animam & corpus uniri re quadam intermedia, quam non determinant. Si urgeas, qualis illa res sit, respondent, eam esse entitatem quandam, cujus proprium est unire, eamque neque corpus neque spiritum esse, sed rem indivisibilem, ex parte corpoream & ex parte spiritualement. Si quis dixerit, se talem rem non intelligere; respondent, non omnia ingenia ad speculativas scientias esse apta. Hanc explicationem obscuram reiecerunt Cartesiani, & docuerunt, animam & corpus uniri per legem, quam Deus sibi imposuit. Deum enim, tam in anima, quam in corpore producere mutationes, statuerunt. Deus fecit